

## Dietrich I. von Liechtenstein als Zunge.

28. Dezember 1200.\*)

19. Blatt 2. Seite  
1. Col.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, Levpoldus dei gratia dux Austrie et Styrie vniuersis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia inermium atque mansuetorum tranquillitas in defensorum maxime consistit prouidentia, quia etiam uite claustral conditio que seculari conditioni contraria est, et a negotijs secularibus sequestrata, secularium uexationvm turbatione omnino deperiret nisi accurata principum sollicitudine conseruaretur, proposuimus spe diuine retributionis pietatem parentum ac predecessorum nostrorum in hoc imitantes religiosos ac monastice professio-  
nis uiros sub nostre iuriditionis potestate collocatos diligentem fouere beniuolentia. Claustrum igitur in Zwetel, quod omnimodis defensare intendimus ratione fundatio-  
nis progenitorum nostrorum in omnibus redditibus suis iam collatis et adhuc conferendis tantummodo nostro patrocinatui reseruamus, nec volumus, quod aliquis occasione bonorum a se eidem claustro collatorum uel alia aliqua occasione speciale aduersus idem claustrum sibi uendicare presumat aduocatiam. Insuper vniuersa supradicto cenobio a ministerialibus nostris donata sibi priuilegij presentis inditio confirmamus et stabilimus, omnibusque nostris ministerialibus in conferendis rebus suis sepe dicto clavstro licentiam damus atque libertatem. Preterea siluam iuxta Chrems et in eadem uilla ius quod in vulgari dicitur purchreht et in Polan quatuor mansus et in Otten tres uiros censuales, Ernestonem, Chvnradum, Rvnhardum, que Hadmarus de Chvnring eidem claustro dederat et sicut nobis uidebatur de iure dare non poterat nos eidem iuste perfecte donamus, utque maiorem habeant firmitudinem in hijs que sibi ministeriales nostri contulerunt, ea in presenti pagina exprimi iussimus. Hadmarus de Chvnringen contulit uillam Otten et Chaltenprynne, et uineam in Chrems et mansum in Levbs et mansum in Witrah. In Koppenstein duas mansvs, in Taicendorf vij. mansus. Gisela de Svnnenberch viij. mansus et dimidiā cum molendino in Ossarn. Nitzode Glokenz duas mansus cum tribus areis. Ortwinus de sancto Johanne in Stokestal curiam uillicariam et mansum in Stokarn, Hainricus Garzven curiam uillicariam in Pvoche et partem silue cum duabus uineis. Gisla de Gors IIII<sup>or</sup> mansus in Hepfengeswente. Vlricus de Kirchperch quinque mansus in Warmundes, Gisla uxor Atzonis duas mansus. Otto de Mystelbach in Heemannestorf vnam mansum. Wolfkerus de Egenbvrch ibidem vnam mansum et in Erchenbretestorf vnam mansum. Chvnradus de Kampē duas mansus. Atzo uineam iuxta fluum Chremis. Insuper supra nominato cenobio in omnibus negotiationibus suis per totam terram nostram apud omnia pedagia nostra ius nostrum remittimus et indulgemus. Ut autem hec nostra donatio et vniuersa que pro sepe dicto claustro presenti pagine comendauius imperpetuum tam apud presentes quam apud posteros rata perseuerent, ipsam scribi sigillique nostri impressione roborari subscriptioneque testium quorum nomina sunt hec, muniri iussimus. VVisinto prepositus de sancto Georgio. Capellani. Chvnradus plebanus de Rvstbach. Heinricus plebanus de Greze. Dietmarus plebanus de Retze. Comes Fride-  
ricus de Peilsteine. Dominus Vlricus de Bernekke ministeriales. Dietricus de Liechtenstein. Rvdolfus de Potendorf Pilgrimus de Steuze. Ortolfus de Ronenberch. Albero de Tvnchenstein. Levpoldus pincerna et frater suus. Hvgo de Molenstorf. Chvnradus de Pigarten et frater suus Eberhardus. Datum in Zwetel per manus Vlrici notarij anno incarnationis dominice M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> I.<sup>o</sup> Indictione quarta. v.<sup>o</sup> Kalendas Januarij.

20. Blatt 1. Seite  
1. Col

\*) Aus „liber fundacionum monasterii Zwettlensis“ (genannt die Bärenhaut).